

Quæ, quæ Mænalias cælum consurgit ad Arctos  
Sidus ad Erigones & tardi plaustra Bootæ  
Orta, solo citimum longè super extitit orbem  
Noctivagæ Phœbes, caudâ metuenda minaci.  
Vidimus atrocis flammæ sub imagine virgæ,  
Ingentisve trabis, sed syrmata longa trahentis  
Jactantē, ac damnorū extrema exempla minan-  
Vidimus, eventusq; ratos, veriq; tenaces (tem.  
Expertam(heu!) nimis esse minas Europa fatetur.  
Quippe secuta facem hanic fuerit quam longa  
malorum

Ilias, & latè regiones sparsa per omnes,  
Pœnarum ac facies, & nomina singula dictis  
Prêndere si sperem, aut tenui deducere filo,  
Hellespontiaci numerem prius æquoris algam,  
Ægæiq; maris jactos ad littora fluctus.  
Pauca tamen referam. Rutuli ter Solis habenæ  
Denas plus & eò torsere ex ordine brumas,  
Ac rus vestivit toties ver floribus, ex quo  
Mars ferus, & lacerâ gaudens Discordia pallâ  
Ad superos Stygiis caput exertare cavernis  
Cœpit, & obscurô pacem turbare tumultu,  
Civica Germanos & ad arma coëgit Enyo  
Sangvineum quassans furiatâ mente flagellum,

Comete e-  
jus, qui  
anno 1618  
appare-  
bat.

II.  
Quanam  
calamitates  
illum conse-  
qua sint,  
partim per  
Germaniā,  
scilicet

α  
Horrndū  
bellum.